

quia Papa potest absoluere à casibus Episcopo  
reservatis : alias nō haberet plenariam & omni-  
nmodam auctoritatem : ergo Papa concedē-  
do casus sibi reservatos, per consequens etiā  
concedit casus Episcopo reservatos : quia ta-  
les casus, sic sunt Episcopo reservati, & etiam  
à talibus [inuiti Episcopo] ipse Papa potest  
absoluere, siue tales casus sint reservati ipsi E-  
piscopo de iure, siue per sua statuta synodalia.  
Hoc valde notent confessores ordinum Prædi-  
corum . Et hæc concessio intelligitur pro  
omnibus locis siue infra duas dietas : siue vi-  
tra, siue super Indos, siue super cæteros Christi  
colas, siue in Indiis fuerint, siue alibi in Euro-  
pa, excipiuntur solum casus, qui solent legi in  
Bulla Cænæ Domini . ¶ Circa hoc exoratos  
peruenillim præfatos fratres, ut sic hiac vtantur  
concessione; & non cedat in scandalum Epis-  
coporū: quod si Episcopus aliquos sibi reser-  
vauerit casus: fratres in Confessione à talibus  
absoluant, non tamē dicāt Episcopo, quod eo  
inuito omnes eius subditos à talibus absoluēt  
dicētes fortē quod eos nō possunt ligare, sed taceāt  
& dicant Episcopo : quod facient in omnibus ut  
Deus non offendatur. Si tamen viderint quod E-  
piscopus, aliquos casus sibi de novo referuant